

Fr. 47.
85

(X 2000 281)

Ya
168


LUDI SECULARES
MEMORIÆ
FORMULÆ CHRI-
STIANÆ CONCORDIÆ

ALTE NBURGI
IN ADE D. BARTHOLOLOMÆI
D. XXVI. & XXVII. Augusti A.C. cl. LXXVII.

prælectæ
&
ab Ecclesiæ Scholæqve ministris
subscriptæ
consecrati
XII. Sept. A.C. cl. Ic LXXVII.

Juventute Scholaſtica Altenburgensi
opera
M. PAULI MARTINI SAGITTARII,
Rectoris.

Typis Gotofredi Richtheri, Typogr. Aul.





L. B.
S.



Ria Altenburgum nostrum, *fu-*
bilea, currente seculo, celebravit; *primum*
A. XVII. 31. Oct. in memoriam doctrinæ
Evangelicæ à fôrdibus Pontificiorum ope-
rà Megalandri Lutheri purgatæ, initio à
thesibus Tetzelio oppositis & valvis templi aulici Witte-
bergensis codem anno & die seculi proximi affixis, auspi-
cato facto. *Altero* festivum habuit diem 25. Junii A. XXX.
qvò Ecclesiæ nostræ Confessio gloriosissimo Imperato-
rum *Carolo V.* Augustæ Vindelicorum superiori seculo est
exhibita. In *tertio*, qvod 25. Sept. A. LV. instituit, insigne
Dei beneficium *Transactione Passavensi* fidei nostræ
collatum in memoriam sibi revocavit. Hanc autem *Ca-*
roli V. manu A. 1552. confirmatam *Ferdinandus I.* Rex
tunc temporis Romanorum in Comitiis Augustanis d. 25.
Sept. A. 1555. publicè prælegendam & approbandam cura-
verat. Nunc *quartum*, Dei benignitate, adjecit laudan-
dis insistens vestigiis paris Urbium celeberrimi, *Halæ*
atqve *Torgaviae*, qvarumilla ex arbitrio Reverendissimi
Magdeburgensium Administratoris *AUGUSTI* die 22. Ju-
nii ante biennium: hæc vero anno elapso ejusdem mensis
die septimo auspiciis Serenissimi & Potentissimi Saxonie
Electoris *JOHANNIS GEORGII II.* *Formulæ Christianæ*
Concordiae memoriam ivit celebratum. Sicuti autem
præfatæ urbes primordia *Formulæ Concordiae* inibi jaæta
grata mente recoluerunt: ita *Altenburgum* memoriam
Formulæ Concordiae subscriptione ministrorum Ecclesiæ
Scholæqve in æde S. Bartholomæi die 26. & 27. Augusti A.
1577. corroboratae, repetere non dubitavit, pro *vinculo, ne-*
xu & glutine pacis Ecclesiastica, ut D. Martinum Mirum, vi-
rum vere admirandum, *Formulam Concordiae* salutasse
memini, feliciter conservato debitas DEO gratiarum heca-
tombas litatum. Verbi divini præcones gratioſo indultu
Serenissimi Principis ac Domini, Domini *FRIDERICI*, Du-
cis

cis Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, ac Montium &c. Principis ac
Domini nostri Clementissimi, Ecclesiarum & Scholarum
Statoris optimi maximi, gratum erga Deum animum die
28. mensis præteriti in templo S. Bartholomæi declararunt,
toti in lætitiam effusi, partim qvod dies iste candidissimo
calculo notandus fausto sidere iterum illuxerit, partim
qvodjam laudatus *Pater Patriæ* indulgentissimus *Concio-*
nem Jubilæam ex Esaïæ LIV. ii. & seqq. & *Disputationem*
Synodalem de *Persona Christi* præsentia suâ exoptata &
summa attentione fuerit dignatus, immortale nomen vel
propterea meritus; Primus enim Principum disquisitioni-
bus sacris hic institutis interfuit, nisi Serenitatis ipsius Proa-
vum piissimum JOHANNEM WILHELMUM, felic. re-
cord. exceperis, quem in Colloquio 20. Oct. A. 1568. in Curiâ
nostra inchoato & 9. Martii anni in sequentis dissoluto Præ-
fidis munere functum esse constat. Restat, ut idem gra-
tissimi animi Symbolum à Scholæ ministris persolvatur;
Qui enim ante hos ipsos centum annos teneros pueritiae
animos hic formarunt, ut M. Joh. Hammericus, Rector,
M. Mich. Sonne/ConR. Paulus Köhler/Cantor, Heinricus
Himmel/Baccal. Super. & Pancratius Weniger/Baccal. In-
fer. *Formulam Concordiæ*, facta eodem die subscriptione,
itidem approbarunt. Sed qvâ ratione persolvent? Cum
Concione aut *Disputatione* non liceat, *Ludo Seculari* Latî-
na induo veste rem expedient, partes suas discipulis man-
daturi. Ut autem Vos, Reip. literariæ cives summi, me-
dioxumi, imi eidem freqventes interesse velitis, submissæ
& officiose rogant, qui Collegii vinculo juncti idem sa-
xum, pene dixerim Sisypheum, mecum voluant. Valete
Deum precantes, ut vinculum *Concordiæ Ecclesiastica Gor-*
dio qvodam nexu firmissimè colligatum firmius adhuc col-
liget, compluribus nodis in se met ipsos implicatis nexusque
celantibus magis magisque adstringat, utq; gladio Alexan-
drino dissolvatur, nunquam permittat. Atq; ve hisce pre-
cibus locum iri relictum omen non adeo vanum certam
facit spem, quo turri S. Crucis Dresdensi A. 1669. m. Jun. ful-
mine tacta, liber *Formulæ Concordiæ* cum *Confessione Au-*
gustana illæsus decidit atq; ve incolumis fuit conser-
vatus.

A 2 Ad.

Aet. I. Sc. I.

A. 1560.

Peücerus agit cum Ebero de Corpore doctrinæ ex
scriptis Philippi Melanchthonis concinnando.

Sc. II.

Augustus qværerit ex Lindemanno, num famade Theo-
logorum Wittebergenſium cum Zwinglianis in Articulo
de S. Cœna consensu sit certa. Lindemanno hoc aſteren-
te Augustus librum Brentii de S. Cœna à Christophoro,
Duce Würtenbergensi transmissum Facultati Theologicæ
Wittebergenſi destinat, ejusqve de laudato libro judicium
postulat operâ Jenifii.

Sc. III.

Eberus, Major & Crelius deliberant, qva ratione judi-
cium de Brentii tractatu fit formandum.

Sc. IV.

A. 1561. hab.

Augustus queritur, qvod Theologi Wittebergenſes in
conventu Naumburgensi male ob Zwinglianismum au-
dierint. Lindemannus nullam ipſis fieri injuriam affirmat,
qvia Confessionem Calvinistarū in Transsylvania appro-
barunt, ministros Calvinianos Breimam miserunt, & con-
demnationem hæresium improbarunt, nec non qvod Hei-
delbergenses in Catechismo suo ad consensum Theolo-
gorum Wittebergenſium provocarint. August⁹ perlecto
Wittebergenſium judicio vim iis inferri existimat.

Sc. V.

ed. A. 1563.

Schlüsselburgius & Schirmerus colloqvuntur de Ca-
techismo Heidelbergensi, allegato in codem Witteber-
genſium consensu,

Sc. VI.

Augustus accepto Wittebergenſium de Catechesi
Heidelbergensi judicio, ut & Confessione Eberi de S. Cœ-
nā, Wittebergenſes ab omni errore liberos pronunciat,
qvod tamen Lindemannus refutat ostendens, qvod Ebe-
rus pag. 67. statuat, indignos præter panem & vinum in
Eucharistia nihil accipere.

Aet. II. Sc. I.

A. 1565.

Schlüsselburgius Schirmero refert, qvod Theologi à
suspitione cōſenſū cum Zwinglianis se liberarint, & scriptū
famosum contra Lutherum ediderint, in quo hic introdu-
citur à Philippo contendens, ut se de mortuo, doctrinam de
S. Cœna mollius paulo proponeret. Colloquentes adhuc à
ministro publico Acad. Witteb. ad Consilium Academicum
cum citantur,

Sc.

Sc. II.

Johannes Wilhelmus à Wigando & Cœlestino de erroribus Wittebergensium & Lipsiensium in articulis de Persona Christi, bonis operibus & S. Cœna certior redditus judicat, rem in Colloqvio Altenburgi habendo posse componi.

Sc. III.

Eberus, Major, Cruciger, & Peucerus Schlüsselburgio & Schirmero ex probrant, qvod de Theologorū lectinibus & scriptis durius fuerint opinati: Propterea Academia A. 1567. exire jubentur, Programate publicè affixo.

Sc. IV.

Augustus consilio Agnati de Colloqvio Altenburgi A. 1568. instituendo assentiens Theologos cum Lindemannno eo ablegat.

Sc. V.

Joh. Wilhelmus Theologos Altenburgi congregatos ad A. 1568. 20. concordiam adhortatur, iisq; articulos de necessitate bonorum operum ad salutem, libero arbitrio & Adiaphoris proponit ventilandos.

Aet. III. Sc. I.

Augustus à Cracovio percipiens, qvod Theologi Altenburgi præsentes nondum in articulo de bonis operibus convenerint, & suorum Theologorū quo ad illum Locum confessio sit genuina, Colloquium dissolvendum esse statuit. D. Andreæ literis à Julio, Duce Brunovicensi, & Wilhelmo, Landgravio Hassiæ scriptis & exhibitis Augusto operam suam in conciliandis Theologis offert, qvam etiam Elector amplectitur, data Andreæ copia, ut cum Theologis Wittebergensibus agat.

Sc. II.

Johanni Wilhelmo, Wigandus ac Cœlestinus recentent, Theologis Electoralibus Altenburgo clām discedentibus Colloquium esse dissolutum, eosqve Electori talem orthodoxam confessionem de bonis operibus exhibuisse, qvalem in Colloqvio edere recusarant.

Sc. III.

D. Andreæ cum Ebero & Majore Wittebergæ de scripto à se transmissio loquitur, & declarationem eorum urget, qvam ob Collegarum morbo laborantium absentiam in aliud tempus differunt.

A 3

Sc. IV.

Sc. IV.

A. 1570.

Johannes Wilhelmus à Wigando & Cœlestino intel-
ligit, Wittebergenses Catechismum multis erroribus refer-
tum publicæ lucis tecisse, refutatum tamen à Theologis
Brunovicensibus, Lüneburgensibus, Borussicis, Hallensi-
bus, Mansfeldicis, Rüthenicis & Jenensibus : statuit rem
Electoris per literas aperire, adjecto Catechismo & Censuris.

Sc. V.

A. 1571.

Lindemannus & Jenius sibi invicem exponunt Cru-
cigeri, Pezelii & Mollerii conatus in Synergismo & Calvinis-
mo defendendo ut & edendo Catechismum, pias & Chri-
stianas Qvæstiones de discrimine articulorum horum:
ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei, Stereoma, Theses
Jesuitæ Alberti Sperlingii de Majestate Christi, nec non li-
bros Zwinglii & Oecolampadii. Augustus causa confa-
bulationis audita & literis Johannis Wilhelmi perlectis Je-
niso injungit, ut Professores Theologiae Wittebergenses &
Lipsienses ut & Superintendentes Dresdæ adesse jubeat.
Deinde Peucerum ob Catechismum Scholis obtrusum ob-
A. 1571, 10. jurgat, de quo tamen Peucer⁹ se purgat: tandem Theologos
Dec. præsentes admonet, ut suam Confessionem sincere con-
scribant.

Act. IV. Sc. I.

A. 1572.

Lindemannus & Jenius judicium ferunt de consen-
su Dresdensi, in que votis habent, ut ejusdem errores Elec-
tori innotescant, quod fieri possit arbitrantur libro Lucæ
Ofiandri, conclavi Electoris secretiori illato. Elector su-
perveniens librum sibi afferri curat, mandatque ut Vœge-
linus, qui Exegetin fidei typis suis descriperat, in vincula
conjiciatur. Schönbergio denique id dat negotii, ut Peu-
cerum ob Catechismum Wittebergensem Scholis com-
mendatum reprehendat.

Sc. II.

A. 1573.

Secretarius Academiae Lipsiensis qvæstionem instituit
cū Vœgelino carceri inclusō, quis Autor Exegeteos fidei?
Ille se primò Autorem profitetur & deinde minis additis D.
Joachimum Cureum, Medicum nominat.

Sc. III.

Schönbergius Peucero mandatum Electoris indicat,
qværitque, num literas ad Rectorem Scholæ Portensis
Christophorum Baldufum exararit, quod tamen negat
Peucerus.

Sc. IV.

Augustus Schönbergium Conventui Theologorum
Tor-

Torgæ celebrando nomine suo interesse jubet, associatis Johanne Lösero & Hauboldo ab Einsiedel. Deinde Cracovium criminis de Cal- A. 1574.
vini doctrina introducenda convictum carceri Lipsiensi addicit.

Sc. V.

Schönbergius Articulos qvosdam affirmativos & negativos ex Lutheri, Philippi & aliorum scriptis collectos Theologis Witteber- A. 1574. m.
gensibus Crucigero, Widebramo, Mollero & Pezelio, Torgam evoca- Aug.
tis exhibet subscribendos, qvod, licet à Crellio & Selneccero solicitati,
pertinaciter recusant & propterea Lipsiam deducuntur carceri Arcis
Pleissenburgensis includendi.

Sc. VI.

Theologi in vinculis Lipsiensibus detenti articulos Torgenses
subscribunt, sed certis conditionibus, qibus à Capitaneo Lipsensi
supressis ex carcere prodeunt.

Aet. V. Sc. I.

Augustus consulit Schönbergium & Lindemannum de conven- A. 1575.
tu Theologorum August. Confessionis instituendo & Corpore univer-
sali compонendo, qvod uterque approbat svadens, ut duodecim The-
ologi Lichtenbergæ convenient de libris pro normâ habendis deli-
beraturi, Schönbergius Electori fraudem detegit, qvà Theologi Wit-
tebergenses ad sui liberationem usi.

Sc. II.

Lindemannus vices Electoris in Conventu Lichtenbergensi ge- A. 1575. 5.
rens Crellio, Selneccero & aliis Theologis qvinque articulos propo- Febr.
nit, de qibus mentem suam aperiunt.

Sc. III.

Augustus Georgio Ernesto, Principi Hennebergæ, propositum A. 1576.
de Conventu Theologorum indicat, qvod hic laudat suumque studi-
um pollicetur. Lindemannus Electori significat, qvid in Synodo
Lichtenbergensi actum, literasqve ad Status Augustanæ Confessionis
confidere jubetur, ut Thelogos suos Torgam ablegent.

Sc. IV.

Lindemannus nomine Electoris Torgæ præsens D. Andreæ, A. 1576. m.
Chemnitio, Chytræoaliisqve voluntatem Electoris explicat, qvi Scia- Junio,
graphiam Formulæ Christianæ Concordiæ compónunt svadentqz,
ut ea cum reliquis Statibus communicetur.

Sc. V.

Augustum cum Schönbergio de conventu Torgensi agentem A. 1577.
interpellat D. Andreæ felicem Synodi successum nuncians. Augu-
stus latus ob bonum nuncium alium conventum Bergæ, Cœnobio pro-
pè Magdeburgum, indicit & D. Andreæ præcipit, ut eo finito subscri-
ptioni Formulæ Concordiæ intersit.

Sc. VI.

Cruciger & Pezelius invisunt Peucerum in Lipsiensi, qvò Rochlitio
delatus 2. Aug. 1576. carcere, cinqve recensent, qvæ in causa religionis
hactenus acta sunt.

Sc. VII.

Augustus ex puer nobili & Jeniso redditum Andreæ & Linde-
man-

JK Ya 168

manni expiscatur. Hi reduces facti Electori referunt acta Conven-
A 1577.m. tus Bergensis & subscriptionem ministrorum verbi divini & Schola-
Mart. rum in Electoratu & Ducatu Vinariensi. Elector de successu exultans
gratias agit Deo, D. Andreæ, cui etiam torquem aureum offert, Schon-
bergio, Lindemann & Jenisio pro side & opera præstata. D. Andreæ
pro munere oblato Electori humiles per solvit grates ejusque curam
& munificentiam in erogandis sumptibus, qui summam 70000. flore-
norum excedunt, debitum effert laudibus.

SYLLABUS PERSONARUM.

Augustus, Elector Saxon. Abrahamus Hempel / Altenburgens.
Johann Wilhelm, Dux Sax. David Beßig / Altenburgens.
Georg. Ernestus, Princeps Henneb. Fridericus Leonhard Schneyer / Trebanus.
Wolffg. a Schönberg / Aulæ Mareschall. Dav. Christian Schmidt / Ulst. Thuring.
Georgius Cracovius, Confiliar. Elect. Salomon Voigt / Dresdens.
Laurent. Lindemann / Consil. Elect. Georgius Werner / Lichtenst. Misn.
Georg. Richter / Capitaneus Castris Lipl. Joh. Georg. Bolhardt / Breitingens.
D. Jac. Andreæ. Cancell. Acad. Tübing. Joh. Christoph Koppe / Bisleb. Thuring.
D. Paul. Eberus, Prof. Theol. Witteb. Christoph. Theod. Ernst / Königsf. Misn.
D. Georg. Major, Prof. Witteb. Gottfried Meister / Altenburgens.
D. Martinus Chemnitius, Superint. Brunsvic. Joh. Heinicke / Trebanus.
D. Joh. Wigandus, Prof. Jenens. Gottf. Schumann / Petersberga- Osterlandus.
D. Paul. Crellius, Prof. Witteb. Gottfried Eichelsbrenner / Eilenbergens.
D. Nicolaus Selneccerus, Prof. Lips. Joh. Heinrich Kühn / Senftenberg.
D. Joh. Fridericus Cœlestinus, Prof. Jenens. Mich. Braunhard / Long. Leub.
D. Dav. Chyträus, Prof. Rostoch. Gottfried Benich / Venedo Leuban.
D. Fried. Widebram, Prof. & Super. Witt. Georg Tob. Martiø Seelingst. Mis.
D. Caspar Cruciger, Prof. Witteb. Salom. Augustus Clauer / Altenb.
D. Heinr. Mollerus, Prof. Witteb. Gottfried Sigism. Wettman / Grim. Misn.
D. Christoph. Pezelius, Prof. Witteb. Joh. Riedel / Plaviens.
D. Caspar Peucerus, Archiater. Elect. Joh. Georg Berger / Wettinens. Saxo.
Joh. Jenifius, Secret. Ele&. Gottfried Blumenhoffer / Geyrens.
Secret. Acad. Lips. Joh. Löschner / Plaviensis.
Conrad. Schlüsselburg / Theol. Stud. Joh. Fandhändel / Altkirchenis.
Albertus Schirmer / Theol. Stud. Gottfried. Michaelis Bendorf.
Nobilis Puer Electoralis, Joh. Mich. Scholber / Monstab.
Ernest. Vægelinus, Typographus Lips. Christoph Börnigen. Altenb.
Minister Publicus Acad. Witteb. Heinr. Wilh. Zemisch / Merhanensis.
Miles, Joh. Andreas Baltermann / Eisenberg.
Prologus. Hermann Georg Schwarze / Schonning. Saxo.
Epilogus. Salomon Voigt / Dresd.



FR.47
65

(X2000281)

Ya
168

LUDI SECUL.
MEMORIAE
FORMULÆ
STIANÆ CONCOI
ALTENBURG
IN ADE D. BARTHÖ
D. XXVI. & XXVII. Augusti A.C. cl:
prælectæ
&
ab Ecclesiæ Scholæqve
subscriptæ
consecrati
XII. Sept. A.C. cl: Ic LXX
Juventute Scholaistica Alteri
opera
M. PAULI MARTINI SAG
Rectoris.

Typis Gotofredi Richtheri, Typog

